

Appendix ad Europam Nr. 13.

Regnum Mortuorum.

Litterae familiares Vivorum et Mortuorum.

Ad Georgium Byng in regnum Mortuorum.

De Mundo 29. Jan. 1808.

Propugnabas heri in Elysio, Domine! Ministrum *Canning* summum jus habere, Galliae declarandi: Angliam nullo modo velle *se* in res Continentis miscere, si occasione tractatus pacis de maris dominatu quaestio aequae agitata non fuerit. — An mare Anglis solis proprium est? An Neutrales tempore belli maritimi ab arbitrio Angliae pendere oportet? Sed volo hanc materiam nonnihil fusius evolvere.

Nostro illuminato saeculo, et in Europa nostra pericula videmus tamen reliquias caecitatis et barbariei veteris aevi, exemplum hujus evidentissimum est modus belligerantium in mari contra neutrales, quorum navigationem, et commercium ratione prorsus iniquissimo evertunt. Oceanus est proprietas communis omnium gentium, in quo puncto eadem est mens omnium, tam qui pro, quam qui contra absolutam marium libertatem sunt. Neutrales non habent partem in bello, sed sunt amici utriusque partis, quae ipsis nihil, quod tempore pacis non obtinet, praescribere possunt.

Solum Rectores Populorum, qui commercium mutuum habent, habent jus praescribendi, qualesnam merces in commercio habere debeant, tertius dictaturam non habet; pars ergo bello implicita, non potest praescribere subditis neutralium Civitatum, qualesnam merces inimico ejusdem advehere possiat, aut non. Ab hac regula nequidem arma, et belli requisita excepta esse debent. Si hoc uni parti nocivum sit, ad hoc impediendum non aliud est medium, quam Conventio cum Regnante Principe illius nationis, ne merces tales ad hostem suum devehere subditis suis indulgeat, sed propria autoritate partes belligerantes id nullo jure facere possunt.

Libertas marium natura sua postulat, ut proprietarius navis alienas merces accipere, et ad locum, quo destinatae sunt, devehere possit, ergo neutrales naves possunt vehere merces subditorum unius aut alterius Belligerantium; nam merces tales, navibus neutralium impositae, sunt in loco

Imminentis Parlamenti sessiones probabunt, an fundata sint haec praesagia. Licet Oppositio sit duntaxat iustus, hoc tamen saepius gubernam utitur ad suos fines; saepius in decretorio momento ad speciem pariculosa oppositio format sapiens Ministerium. Ministri Austriae ac Russiae necdum discesse unt Londino; Praeliminaria de pace adhuc perdurant; et quamdiu hi Londini fuerint, nondum evanuit omnis pacis spes.

Colonellus anglicus *Carr* (cujus casum in Persia narravit Europa Nro. 11.) circa hoc iter suum varias fecit observationes, inter alias: Quod cum Gallia in Continente Europae nullum inimicum habeat, facile posset exercitum in Indiam mittere, et regionem hanc occupare. Jam *L. Melville*, alias *Dundas* aperuit hanc suam sollicitudinem, quam moderni Ministri, qui pericula ignorant, habere non possunt; utinam quietem, quam in lethargo suo habebant, dum expergiscentur, ret neant.

Iter exercitus europaei ad Hindum ergo est possibile. Objectio illa Ministrorum non subsistit, quod nempe occupatio Indiae tantum pro illo utilis esse possit, qui maribus dominatur quia secus per mare nihil in Europam inde inferre potest; annon enim jam ante commercium Indiae cursum habuit per *Suez* in mare mediterraneum, inde Venetias, Augustam, Norimbergam, quae civitates ante detectum Promontorium Bonae spei omnes merces Indiae orientalis in universas Europae regiones, imo in Angliam quoque mittebant? — Quis scit, Quid cum tempore fiet, si Anglia sistemati aeterni belli insistat?

Tergesto 12. Jan. Heri advenit classicula russica cum reliquiis copiarum ex *Corcyra*, quae cum copiis ad Paduam in patriam per ditiones Austriacas revertentur. Si casu classis anglica ad hunc portum veniat, pugna navalis probabilis est, cum profunditas aquae in hujate portu recipiendis navibus classicis sufficiens non sit.

Parisiis 22. Jan. Communis est opinio; Imperatorem venturo mense in Hispaniam, et Portugalliam iter suscipiurum. *Procella*, quae 15. Januarii furcabat, ingentem in littoribus Galliae, Hollandiae, et Angliae edidit stragem; in Hollandia perrupit aggeres ad mare, et vicinas regiones aquis mersit, quas ingenti replevit calamitate. Horror hujus tempestatis tanto major erat, quod alta nocte fuerit, et homines in somno oppresserit, quibus succurrendi nec consilium, nec occusio fuit; dies illucescens exhibuit horrendae scenae tristem imaginem.

ning
nullo
tracta
fuerit.
tempo
Sed v
I
colta
teris a
ligerat
et cor
anus e
cto ea
tra ab
bent p
ipsis
possum
S
haben
mercio
ergo b
lium C
here p
belli r
sit, a
ventio
tales a
propri
possum
I
navis
sunt,
merce
merce

Appendix ad Europa Nr. 13.

Regnum Mortuorum.

Litterae familiares Vivorum et Mortuorum.

Ad Georgium Byng in regnum Mortuorum.

De Mundo 29. Jan. 1808.

Propugnabas heri in Elysio, Domine! Ministrum *Canning* summum jus habere, Galliae declarandi: Angliam nullo modo velle se in res Continentis miscere, si occasione tractatus pacis de maris dominatu quaesitio aequae agitata non fuerit. — An mare Anglis solis proprium est? An Neutrales tempore belli maritimi ab arbitrio Angliae pendere oportet? Sed volo hanc materiam nonnihil fusius evolvere.

Nostro illuminato saeculo, et in Europa nostra peracta videmus tamen reliquias caecitatis et barbariei veteris aevi, exemplum hujus evidentissimum est modus belligerantium in mari contra neutrales, quorum navigationem, et commercium ratione prorsus iniquissimo evertunt: Oceanus est proprietas communis omnium gentium, in quo puncto eadem est mens omnium, tam qui pro, quam qui contra absolutam marium libertatem sunt. Neutrales non habent partem in bello, sed sunt amici utriusque partis, quae ipsis nihil, quod tempore pacis non obtinet, praescribere possunt.

Solum Rectores Populorum, qui commercium mutuum habent, habent jus praescribendi, qualesnam merces in commercio habere debeant, tertius dictaturam non habet; pars ergo bello implicita, non potest praescribere subditis neutralium Civitatum, qualesnam merces inimico ejusdem advehere possint, aut non. Ab hac regula nequidem arma, et belli requisita excepta esse debent. Si hoc uni parti nocivum sit, ad hoc impediendum non aliud est medium, quam Conventio cum Regnante Principe illius nationis, ne merces tales ad hostem suum devehere subditis suis indulgeat, sed propria autoritate partes belligerantes id nullo jure facere possunt.

Libertas marium natura sua postulat, ut proprietarius navis alienas merces accipere, et ad locum, quo destinatae sunt, devehere possit, ergo neutrales naves possunt vehere merces subditorum unius aut alterius Belligerantium; nam merces tales, navibus neutralium impositae, sunt in loco

libero, contra quem bellantes jus non habent. Navis, quae est proprietas unius Neutralis, est proprietas civitatis Neutralis, quemadmodum domus, aut alia aedificia; Unde ergo haberet una pars belligerantium jus, alterius, aut subditorum ejus merces ex navi neutrali accipiendi? Iniquitas haec est palpabilis.

Et tamen accipiunt Belligerantes in aperto mari naves Neutrales sub praetextu, quod arma hostibus suis advehant, mercesque, ac saepius etiam naves pro jura praeda declarant. Nullum jus, nulla lex in mundo dedit belligerantibus potestatem, subditum alterius Civitatis, qui in territorio eorum non deliquit, propriis suis judiciis subiciendi, et ammissione mercium et navis puniendi. Princeps talis inique laesi subditi habet plenum jus, pro hac in aperto mari, adeoque in loco libero commissa violentia indemnitatem, et pro insultu, vexillis suis illato, satisfactionem postulandi. Quid quid Belligerantes ab navibus neutralibus praetendere possunt, est, ut exhibeant pro inspectione Passuales suas, ut videri possit, an vera Neutrales, aut neutrales naves sint? Onus, quod vehunt, in nullam sumi potest considerationem; sufficit enim, quod in loco neutrali existant.

Haec sunt principia Juris Naturae, cui jus gentium innititur, quod Neutralibus libertatem commercii, et navigationis tam pace quam bello cum omni generis mercibus concedit. Ast iniquitas et vis multa hoc in jure mutarunt, et jus Neutralium coarctarunt. Cum ergo spes pacis desperaverit, Comes Stahremberg, Legatus Austriacus apud aulam Londinensem, inde discessurus, propediem Parisiis expectatur. Litterae Parisienses de 24. Januarii haec ferunt.

Senatusconsultum circa 80 Milia Conscriptorum pro Anno 1809. cum promulgatione Caesarea; Motiva item hujus senatusconsulti, per Ministrum Status *Regnaund* deducta, Relationem item Ministri D. *Champagny* de 21. Octobris 1807. in qua enarrando ea, quae Portugallia contra Galliam; et totum Continentem in favorem Anglorum fecerat, exponit necessitatem belli contra Portugalliam de clarandi (Lege haec uberius in Europa sub hoc eodem Nro. 14.)

Post hoc sequitur altera Relatio ejusdem Ministri de 2. Januarii, cujus praecipua capita sunt. — Portugallia tandem liberata est ab juro Angliae; nam eam copiae Vestrae Majestatis occuparunt; Ex parte maris est illa defensoribus denudata, et tormenta sunt obtusa; Anglia minatur litoribus et portibus ejus ignem et ferrum, et portus ejus tenet oclusos. Sors portus gaditani, et praesidii *Ceuta* Hispaniae sollicitudinem incutit; horum videntur mysticae Anglorum expeditiones directae esse. Ad Gibraltariam contrahunt militiam, quorsum eos, qui ex oriente expulsi, et

in Sici
ad ora
tur str
vindict
sapien
futura

nistri
ad ha
pere,
Giron
cupavi
necess

deest.
Necess
occlud
mande

Anglia
ex Con
domin
ditio
totius
laverit
ones,
gliae,
pericul
expella
bus ha
human
strae M

politica
Vestra
gustiss
nec An
rit, et
stas in

C
fidelib
portet
cedend
omniur

Al
la, Cas
liae inc
deduxit
ones fa
genius
vult tan

in Sicilia congregati erant, nunc evocant. Naves eorum ad oras hispanicas duplicant attentionem suam, et videntur stragem, quam in Colonia hispanicis passi sunt, hic vindicare velle. Haec Vestrae Majestati proponenda censi, sapientia ejus inveniet media, quae contra haec necessaria futura sunt.

Ferunt praeterea eandem Ephemerides Relationem Ministri bellici Generalis *Clarke* de 6. Januarii, cujus Summa ad haec redit. — Vestra Majestas dignata est mihi praecipere, ut primum, ac secundum agmen Observatorium ad Gironde formetur. Primum horum sub Generale *Junot* occupavit Portugalliam; alterum est paratum sequi primum, si necessitas poscat; Vestra Majestas, cui nunquam providentia deest, jussit, ut tertium sub Marschallo *Moncey* formetur. Necessitas, portus Continentis irreconciliabili nostro inimico occcludendi, in omnibus punctis, ex quibus adgressio formanda, occasione utendi providentia, et bellum in ipsa Angliae praecordia deducendi studium; lectionem tyronum ex Conscriptione A. 1800. svasit. Factio, quae Londini praedominatur, bellum aeternum proclamavit, et famosa expeditio Hafniensis plana eorum delavavit. Ut ut indignatio totius Europae contra Angliam tandem ex lethargo evigilaverit; ut ut Gallia nunquam numerosiores habuerit legiones, tamen necdum haec omnia sufficiunt. Influxus Angliae, ubi ubi ast, enecari debet, donec tandem innumeris periculis monita Anglia, Olygarchos, qui nunc eam regunt, expellat, et gubernacula Republicae viris committat, quibusabilitas est, commoda patriae cum commodis totius humanitatis conjungendi. Communis Pelitica potuisset Vestrae Majestati svadere, ut legiones suas dimittat; sed talis politica futura erat flagellum pro Gallia, et quae Majestas Vestra inceperat opera, mansissent imperfecta. Ita est, Augustissime! non minuere, sed augere oportet legiones, donec Anglia independentiam omnium nationum non agnoverit, et maribus pacem non restituerit, quam Vestra Majestas in Continente restabilivit.

Cor Vestrae Majestatis certe compungitur, dum ab fidelibus suis populis nova petere debet holocausta; ast oportet etiam illud Gallorum votum exaudire; non esse concedendam pacem donec maribus libertas restituta, et jus omnium sanctissimum Galliae restitutum non fuerit.

Alterum Senatusconsulium statuit: Ut civitates *Kehla*, *Casselia*, *Vosela*, et *Fliessinga* cum adpertiens Galliae incorporentur. Motiva hujus Senatus consulti uberius deduxit Minister Status *Lacruve*. Non desiderium aquisitiones faciendi moverunt ad haec Suam Majestatem, cujus genius Galliam caeteroquin jam satis magnam effecerat; sed vult tam Imperii sui limites, quam et Rhenani foederis,

cujus Fundator ipse est, contra futuras abgressiones praemunire.

Hollandia. Relationes infaustissimae quotidie adveniunt circa terribilem tempestatem, quae in Hollandia et Belgio vix non universalem produxerat inundationem, Fluctus perruperunt aggeres, et secuta est inundatio, quae ab hominum memoria profundissima fuit, et monumenta, quibus memoria priorum inundationum incisa fuit, moderna fluctuum elevatio $1\frac{1}{2}$ pede superavit. In omnibus regionibus homines, pecora et ingens mobilium quantitas, aquis mersa, et integrae domus fluctibus raptatae. Auxit horrorem furentis elementi, et calamitatem infelicium nox. Strages cumprimis in Vliessinga erat tanta, ut illam, quam anno priori urbs Leodiensis passa est, longe superaverit (succensa media in urbe navis, pulvere nitrato onerata, majorem civitatis partem uno quasi momento evertit (Hac occasione infinita narrantur magnanimitatis militiae gallicae in salvandis infelicibus exempla.

Ad Vliessingam intumuit Mare ad altitudinem 2 $\frac{1}{2}$ pedum; et nox fecit tragaediam adhuc magis horridam. Ejulatus infelicium, opem implorantium, quibus succurrere non poterat, clamor Animalium omnis generis, notanter domesticorum, quae fluctus aquae cum Stabulis raptaverant, repleverant, aerem, ut omnia elementa ad evertendam terram conspirasse merito dixisses. Aquilo furebat vehementius, et domos aedificiaque, quae aquis innatare videbantur, evertit, quas eversas fluctus rapuerant, mare autem furens tristes navium, demorumque reliquias, cadaveraque hominum, atque pecorum acervatim ad littora jactavit. Assurgens sol crudele noctis opus illustrans, stetit oculis horrorem totius scenae nocturnae, desolationemque furentis naturae, complevitque mensuram desperationis Viventium. Mobilia, instructioque domestica omnis speciei tegebant superficiem fluctuum in plateis. His tristibus haesternae adhuc felicitatis millenarum familiarum reliquiis internatabant eadavera aquis mersorum, et ipsae tumbae, quae quietem mortuis dare deberent; et nunc fluctus ex visceribus terrae eluebant. Clamor infelicium, qui se ad tecta domorum receperant, quibusque non cito satis opem ferre rerum adjuncta indulgebant, auxit adhuc magis anxietatem pavidorum spectatorum. Huic malorum cumulo accessit defectus panis, cum fluctus omnes fornaces pistorias averterint, cui tamen activitas Praefecti Seelandiae mox succurrit. Eminuit hac occasione virtus militiae, de qua multi cum evidenti propriae vitae periculo concives suos salvabant, et Classarii milites, qui tota nocte in aqua laborabant, miseris, quos morti eriperant, dederant mane pro jentaculo panem suum biscoctum.

Appendix ad Europam No. 14.

Regnum Mortuorum.

Sermo politicus de abstinentia.

In Elisio 2. Februarii 1808.

Textus: Eheu, quam nigra es, dicebat Cacabus ollae.

Proverbium.

Jacta te, superba! habes justam causam, dicebat nuper Olla ad Cacabum, qui super carbonibus rastro insidens fastu ebulliebat. — Tu superbis producto manuum mancipii, quod hae in alia mundi parte plantarunt; illic collectum est pro oblectamentis Cupedulorum, et voluptatibus mundanis immersorum. Ego contra sum communis olla germanica, prolis patriae germanicae, quae super foco patrio, velut productum vaccae germanicae, subinde ebullio, non prae fastu, sed ex virtute interna germanica, quae necdum adeo enervata est, quemadmodum aliqui vani Critici vellent.

Tace, insana! inclamat piper, quod fabas arabicas defendebat. Viden' uter nostrum beatior? si me condam Europa pelli contingat, aegrotabunt stomachi vestri, et tu eos non reparabis. Ita est consuetudo hominum. Hic apologus. — Si talis dici possit, erit mihi prologus in dissertationem de mercibus colonialibus, earumque influxu in Germanos, aut quod idem est, de abstinentia abusu mercium colonialium.

Russia et Austria nihil non tentarunt, ut Angliam ad pacem permoveant; Exhauserunt media, ut hunc scopum, quem omnis Europa, imo totus anhelat mundus, assequantur; sed obtusis Londini cantabatur auribus. *Canning* est inflexilis, inhaeret rigide suo sistemati, et manet — machina ferrea. Hunc rerum statum rescientes Parisienses, scripserunt ad amicos, et commercium in hoc rerum situ flet, et ridet, pro ratione adjunctorum. Mercium colonialium pretium assurgit, et si hic rerum status adhuc diutius duret. *Caffée* — eheu! non accipiemus — Legatus Austriae Comes Stahrenberg Londino discessit, et cum eo spes pacis disparuit; Hi sunt infausti aspectus pro amatoribus *Caffée*.

Quod in oculos exterorum impingit, est occupatio Insulae Portugallorum Maderae, quam 24. Decembris evenisse. Lord Major Civitatis Londinensis *Castlereagh* cum triumpho publicari curavit; Insula haec pertinebat ad Re-

gem Portugalliae, quae forte eam Angliae cecidit; quid ergo oportet tantos facere clamores de occupatione regionis, quae est ultimi, et unici foederati Angliae. — Talis est amicitia Anglorum. — Haec est omnino *vana gloria*, sed est argumentum solatii pro vinipotis Anglis; vinum enim Maderanum suplet vitium *Porto*, quod Angli cum gustu bibunt, sed occupata Portugallia amiserunt. — *Proficiat.*

Sed si bellum maritimum porro perduret, et coloniales merces ex Continente excludantur, quaestio est, quid jentabimus, et quid fabis arabicis substituemus — Lac non valet pro quovis; et jusculum vini, aut cerevisiae, quod ante usum *Caffee* (A. 1644. erat adhuc ut medicamentum notum) Majores nostri adhibere solebant, ob varias ingredientias adhuc cariore venit, quam *Caffee*. Crematum, et alii liquores spirituosus sunt tantum pro senioribus, et his etiam tantum moderate sumpti prosunt; juvenibus autem tum propter malam consuetudinem, quam generant; tum etiam propter vim rosivam admodum noxii sunt; Quid ergo jentabimus?

Spectata vocis hujus germanicae (Frühstück) etimologia argumento est, majores nostros mane aliquid solidi sumere solitos fuisse, utque nos etiam eos imitemur, per compositionem vocis *Promemoria* relinquere voluerunt; Frustum panis, aut carnis, illud quidem vino, cerevisiae, aut lacti immersum fuisse jentaculum veterum Germanorum; ad quod nos etiam recurrere debemus, si bellum navale perduret. Etiam colores vestimentorum oportebit mutare, si materia colorum ex Colonis emaneat, et cogemur aequivalens inter mineralia, vel vegetabilia nostra quaerere.

Quam severe intercludatur omne cum Anglia commercium, argumento est Decretum Regis Hollandiae (quod legi potest in Europa sub hoc eodem Nro. 14) Ad excitandam industriam producta industriae domesticae hebdomade Pascatis publice exponitur. Rex Hollandiae valetudinem recuperare incipit. Ministerium Commercii, et coloniarum conjunctum est cum ministerio Rei Navalis, et sic conjungitur etiam Ministerium Internum cum Externo, quod fit ex aeternitate, quae summe necessaria est, et ideo in omnibus administrationis ramis mirifice quaeritur.

Hafnia 23. Januarii. Secundum relationes Nautarum advenit 19. Januarii ad Gothenburgum 5. naves bellicae Anglorum, inter quas una linealis, et una subsidiaria fuit. Commendans Portus *Varmundae* accepit 2. Januarii severissimos ordines, ne ullam navim ex portu dimittat, antequam Litterae navales, seu Passuales per Generalem *Molitor* Stralsundae investigatae fuerint. (Portus hic jacet in littorali Meklenburgico, estque juris Svecici, ubi vestigial navale Sveciae non contemnendam summam infert) Princeps Co-

ronae
lonium
gem.
satura
Borus
25. Ja
larium

in ver
ration

teram
navale
neutra
jam pr

potens
Angli
set in
possum
mare
cundo
(alias
grado
tunc p
garia
gli quo
sint. M
pulsosa
pentidi
Tököly
donum
gat-
tantisp

In
posterior
arianum
parte al

ronae Daniae cum Principe Hassiae Christiano, 24. Jan. Chilonium appulit.

Regiomonto scribitur: Advenisse illic 16. Januarii Regem, et Reginam Borussiae, cujus memoriam cives Urbis, saturando pauperes esca, et potu celebrarunt. — Princeps Borussiae *Vilhelmus*, et Russicus Legatus *Tolstoj*, 25. Januarii pranderunt simul apud Principem Archicancellarium.

Veritas.

Est utilissima virtus pro societate humana; Veritas non in verbis solum, sed etiam factis consistit; ambo debent rationi convenire, et omnes *homines* illa opus habent.

Diarium Politicum.

Ergo evictum esse, Ministerium anglicanum nullam exteram intermediationem pro pace acceptasse, sed bellum navale continuare velle. Nulla amplius futura est potentia neutralis, et mare ocludetur; quemadmodum Contiensis jam praeclusus est Anglis.

Inter haec commercium per *Smirnam* in Asiam adhuc potens erat, sed nunc jam et haec via praeciditur, cum Angli omnes portus Continentis obsessos teneant. Ast posset in Asiam alia via aperiri, quam Angli praeccludere non possunt. Danubius jam ad *Ulmum* est navigabilis, et usque mare nigrum, idest ultra 400 Milliaria possunt merces secundo Danubio devehī. Ab ostiis Danubii usque *Nicodemiam* (alias *Ismid*) patet navigatio in mari nigro, si proinde Belgrado usque Chiliam Danubio securitas procurata fuerit, tunc possunt merces ex Gallia, Helvetia, Germania et Hungaria in Asiam, et regiones levantinas devehī, quin Angli quodpiam commercio huic impedimentum ponere possint. *Nicodemia* est caeteroquin magna, potens, ampla, populosa, et commercio florens civitas in Orientali sinu Propontidis, seu *maris de Marmora* (sepulchro Emerici condam *Tökölyi* celebris) Haec esset securissima via manus Praedonum anglicanorum evadendi, si bellum perdurare contingat. — Quis praevideat, quid cum tempore futurum est? tantisper adhuc patientia.

In Anglia paratur una mistica expeditio post alteram posterior futura est potens, sumpto a numero navium actuariarum, quas gubernium conducit, argumento. Contra vero parte ab altera ubique calebrantur populi conventus, in quib-

bus vox populi pro pace potenter elevatur. Hi conventus, qui communi concluso petitiones ad gubernium pro pace mittunt, obtinent maxime in urbis, in quibus florentissimae sunt fabricae, quae nunc quiescere debent, quia merces evehi non possunt. Hinc sequitur defectus promerendi pro laboratoribus, qui hactenus in his fabricis panem inveniebant; quibus cum occasio desit, venter clamare incipit; scimus autem ab experientia, quid venter possit, cui, si esuriat, nec ratio, nec consilium, nec baculus imperat.

Parisiis ferunt litterae publicae: Postremo die festo navitatis Reginae Angliae nonnisi Legatos Svecicum, Portugalicum, Americanum, et Sicilianum in aula fuisse, reliquos autem, qui adhuc Londini sunt, ad solitum, Conventum aulicum, *Cercle*, non comparuisse. Generalis *Savari*, qui a pace chronopolitana Legatus Extraordinarius Petropolitim missus erat, Parisios rediit; Consiliarius Status *Douchy*, qui nuper Administrator Generalis Toscaniae nominatus erat, in eadem qualitate missus est in Portugalliam, cuius Regni nomen in novo Calendario Parisiensi non amplius comparet.

Herbipoli nunciatur festivitas, qua dies anniversarius aditus Regiminis 1. Januarii Suae Caesareo Gegiae Serenitatis Archiducis per omnem Provinciam celebratus feterit. Non sufficiunt Novellae publicae adumbrare gaudia populorum, sinceraque vota omnium classium, quae hac die ad Largitorem omnium bonorum pro incolumitate, longaevaeque vita amati Principis fundebantur; haec metropolis gaudia annunciabant toti regioni frequentissimae tormentorum explosiones. Duo ergo jam effluxere anni, a quo Provincia Herbipolis novo fruitur rerum ordine, et dum perpendit bona, quae hoc tempore expertus est populus, benedicit providentiae Principis, qui adeo benignum patrem in M. Duce dedisset.

Quae sit Gubernii attentio in Gallia circa culturam, et conservationem arborum, argumento esto illud; Quod Praefectus Moguntiensis publico Edicto, statutis in negligentes certis paenis, praecipiat, ut arbores, frutices tam in hortis, quam et ad vias publicas, aut ubicunque secus praeexistant, ab ovis, nidulisque insectorum soleter repurgentur, repurgamenta vero haec crementur. Si quis usque 1. Martii hoc facere negligat, Judices locorum periculo ejus facere debent. — D. *Pourtales* Junior donavit 60000 Librarum pro erigendo in patria civitate Neocomio, aut ejus vicinia nescocomio, Protectione desuper Principi Neocomiensi delata.

B
Hungar
te hic
P
Marchi
B
Occide
P
cae sit
Viden'
oni, et
B
cae, e
centes
securi
pabant
in Ger
ter Aus
fronte
admira
nis bel
P
Boruss
nebat
si illuc
ipsis p
et amic
B
rum po